


23

Handwritten text in a vertical strip, possibly a title or list of contents, including the word "Gymnasium".

23

25-8. N. 149



149 | 158  
162

(J-158)

I-162

(14)



De defectibus in missa occurrentibus.

**R**egula dirigens missarum celebratores ut caueant a defectibus: periculis et disturbijs in missa contingentibus: et ut super eis remedium apponatur.

**P**rimo dicendum est de defectibus. **S**ecundo de perturbatōib⁹ et scādalis missas celebratib⁹ occurrentibus: et q̄ remedia cōgrue et ordinate ponant. **D**efect⁹ vō missæ sunt: qñ requisita ad missæ celebrationē deficiūt. Isti aut defectus p̄tingūt: Aut ex pte sacramēti. Aut ex pte ministri. Aut ex pte ministerij. Et qz in sac̄mēto requirūt panis triticeus: vinū de vite: aqua naturalis: et sunt hec ex pte materie. Ex pte vō forme requirunt verba cōsecrationis: et intētio p̄secrātis. In ministro aut requirūt exteri⁹ debitū vestimētū: et in corpore ieiuniū: et dispositio mētis et anime. Et in mīsterio requirūt q̄ missa cōpleat̄. s̄ q̄ sacrificiū sit cōpletū et p̄fectū: et q̄ sacerdos sumat sacrificiū cōicando. Un̄ de hīs dicendū est per ordinē. **P**rimo de defectu panis. Sciendū est igit̄ q̄ p̄ficiēs ferm̄to grauit̄ peccat: qz facit p̄tra statutū et cōsuetudinē ecclie. Si vō cōficiat in pane qui inficit̄: s̄līter grauit̄ peccat. Cōficiēdo in azimo corrupto et infecto p̄pter irreuerentiā sac̄ri: tñ talis panis si cōficiat̄ sac̄m est. Sed si panis sit corruptus ita q̄ in eo deficeret species panis: nō pōt p̄fici: hoc ē per verba sacramenti nō cōficiūt corpus xp̄i: et q̄ species maneat potest cognosci ad hoc q̄ cōtinuatio nō est soluta: nec alia necessaria ablata. hec **L**ho. et **A**l. **I**tem si grana alteri⁹ generis fuerint admixta tritico in tāta quātitate q̄ aliā spēm faciāt: siue q̄ mediū cōstituāt: nō pōt ex eo p̄fici sac̄ramētū: tñ ex modī ea quātitate nō impediūt. Si panis sit de aqua rosacea p̄fectus: dubitat̄ inter docto. et scūs **L**ho. dicit esse p̄babilius q̄ nō pōt confici. **S**i sacerdos infra missam ante cōsecrationē aduertit hostiam nō esse triticeam: vel esse corruptam: remota illa hostia aliā ponat: et a canone reincipiat. Si vero post consecrationē hoc aduertit: idem faciat: ponendo aliam hostiā et eā sumat

a

nihilominus illā primā sumat: aut alijs sumendā tradat: vñ eā reuerēter fuet. Sup qđ quidā dicūt qđ reincipiat a canone. scūs Tho. tñ dicit in sili casu esse reincipiēdū tm̄ a verbis cōsecratiōnis vt habebis. j. Si sacerdos aduertit dictū defectuz hostie postq̄ sumpsit: lz in isto variēt doc. tñ scūs Tho. tenet in tercia pte qđ debet aliā ponere hostiā r cōsecrare r sumere: qđ preceptū de pfectione sacri maioris est pōderis q̄ qđ a ieiunis sumatur. Per id aut dicit Petrus: Si sacerdos infra missaz aduertat hostiā nō esse triticiā: vel esse corruptā: patet quid agendū sit: si nulla hostia fuerit posita: vel si fuerit perdita: per id qđ dicit scūs Tho. aduertat de defectu hostie: per eius enim sumptionem: potest hoc intelligi si aduertat eam post sumptionem sanguinis rursus ponat nouū panē r nouū vinū et consecrat atq; psequat r sumat: ne sacm̄ remaneat impfectū. qđ magis exp̄sse apparebit. j. vbi dicit de defectu vini: r ponent magis expresse verba ipsius sancti Thome.

#### ¶ De defectu vini.

¶ Sciendū est qđ si vinū est oīno acetū: nō pōt de eo confici sanguis xp̄i: qđ vinū differt ab aceto sicut viuū a mortuo fm̄ pbm̄. Sed si vinū sit in via quasi acetū: tunc idez est iudiciū qđ de pane qui est in via ad corruptionē. i. qđ pōt cōfici: tñ hm̄oi pficiens grauit̄ peccat ppter irreuerētīā sacri. Et Alb. dicit qđ vinū putridū tm̄ qđ perdit vini naturā pōt pfici: tñ hm̄oi cōficiēs grauit̄ peccat: vt dictū est de vino multū pomico vñ acio r musto vnde pōt pfici rē. Nec tñ cōficiendū est de multū recēti ppter ī puritatē. de hoc Tho. r Pe. ¶ Itē sciēdū est qđ in vinū qđ cōficiēt nō debet apponi aq̄ rosacea vel alia artificialis aq̄. Si tñ apponent in tā modica quātitate qđ in vinū puerterent pficerēt. hec Tho. r Pe. ¶ Itē si sacerdos post cōsecrationē corporis: aut imediate ante consecrationē sanguinis percipiat vinū non esse: aut aquā: debet statim apponere. Si vero post oīa verba consecrationis percipiat qđ vinū non fuerit positū: si quidē hoc percipiat ante consecrationē corporis: debet deposita aqua si ibi fue

rit in calice ponere vinū: deinde aquā: et resumere nouā p̄secra-  
tionē sanguis. Si x̄o percipiat hoc post cōsecrationē corpis de-  
bet aliā hostiā simul cū sanguīe cōsecrare iterū: et in fine sume-  
re hostiā iterū cōsecratā et sanguinē nouos: stante etiā si prius  
sumpserit aquā que erat in calice: qz p̄ceptū de perfectiōe sacri-  
maioris est ponderis q̄ p̄ceptū q̄ hoc sacm̄ a ieiunio sumat̄.  
Predictus sc̄us Tho. ex predictis verbis demonstrat illa duo q̄  
supra dicta sunt cum defectu panis: vt dictū est supra. Dicit eti-  
am sc̄us Tho. q̄ nō sufficit sacerdoti solum hostiaz sumere: sed  
etiam sanguinē: ne imperfectū remaneat sacramentū. Si x̄o ali-  
quis p̄secraret et sumeret: et post sumptionē sanguis agnosceret  
q̄ hostia nō esset triticia: vel esset corrupta. In isto cāu dicit san-  
ctus Tho. etiam si solutū sit ieiunū q̄ repetendū est sacramen-  
tum vt sit integrum: et cū missa celebras terminet̄ benedictio-  
ne sacerdotis: vt dicit̄ infra. Non ita iudicandū est de defecti-  
bus missa ante benedictionē sacerdotis: cū adhuc viget officiū  
missa: qz post benedictionē quicquid fieret magis videret̄ erra-  
tio q̄ reparatio defectus. Itē ex verbis sancti Tho. imediate  
supradictis apparet q̄ in reparatiōe sacramēti imperfecti suffi-  
ciat resumere a verbis cōsecratiōis: verūtamē sunt ordinate re-  
paranda: qz vt dicit̄. vii. q. j. perfecta nō possunt dici sacramen-  
ta que perfectū nō habent ordinē. Et sc̄us Tho. dicit q̄ inane  
est sacrificandū si non hoc perficiat̄ sacramentū. Unde conci-  
lium Toletanū tulit sn̄iam excoicationis in eos qui cum pos-  
sunt nō perficiunt istud sacramentū: vt supra in loco decreti i-  
mediate allegati.

#### ¶ De defectu aque.

¶ Si sacerdos p̄cipiat aquā nō fuisse positā in vino ante cōse-  
crationē sanguinis ponat et dicat verba cōsecratiōis. Si aut̄ per-  
cipiat post cōsecratiōz sanguinis nullo mō debet postea aquaz  
apponere: qz non est de necessitate sacramenti in aliqua parte.  
Si quis tñ ante cōsecrationem scienter dimitteret appositionē  
aque grauiter peccaret: et ageret p̄tra cōstitutionē ecclesie: quia

dñm apposuisse credit. Ad aut sufficit q̄ aqua apponatur qñ vinũ adhuc est in dolio: q̄ hoc nõ significaret aliquid: sed oportet q̄ imminente oblatione apponatur sacramentũ.

#### ¶ De defectu forme.

¶ Pro noticia forme sciendũ est q̄ Ambro. in li. sacramentorũ dicit q̄ hoc sac̄m cõficitur in verbis et sermonibus xp̄i. Ex p̄dictis cõcludit sc̄us Tho. q̄ forma cõsecratiõis huius sacramenti hec est: Hoc est enim corpus meũ. Hic est enim calix sanguinis mei novi et eterni testam̄ti misteriũ fidei qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Illa vero verba: Accipite et manducate: pertinet ad usum cõsecratiõis. Sicut illa v̄ba. Nec quotiescũq̄ feceritis in mei memoriã facietis: pertinet ad usum huius sacramenti q̄ usus nõ est de necessitate sacramenti: vt dicit sc̄us Tho. Itẽ cõiunctio enim nõ est de substantia forme: tñ dici debet s̄m usum et cõsuetudinẽ ecclesie Ro. qui usus a b̄to Petro initiũ sumpsit. Etiam b̄tus Tho. dicit q̄ si p̄dicte forme mutentur nihil conficitur. Sed si verba viderentur idem significare: nõ mutaretur nec errorẽ induceret. magnũ tñ foret pctm̄ cũ hmõi cõficere s̄m Al. Dicit autem sc̄us Tho. q̄ forma p̄dicta cũ pronõie demonstratiuo ostendit q̄ materia cõsecranda debet esse corã sacerdote. Unde existens in domo sua nõ potest cõsecrare panẽ qui est in armatorio: aut etiam in foro: vel vinũ qd̄ est in cellario. Sed quãtaciũq̄ sit quantitas panis et vini que corã sacerdote ponuntur p̄t ab ip̄o cõsecrari. Sc̄us Tho. etiã dicit q̄ si sacerdos nõ recorderet se dixisse que in cõsecratione cõiter dicuntur nõ debet ex hoc turbari. Ad enim omnĩu recollit qui multa dicit. Si tñ sacerdoti p̄babiliter cõstet se aliqua obmisisse que nõ sunt de necessitate sac̄i: nõ debet resumere mutãdo ordinẽ sacrificij: s̄ debet vltorius p̄cedere. Si vero certificet se obmisisse aliqd̄ eorũ que sunt de necessitate sacramenti. s. formã cõsecratiõis debet resumere ipsa forma per ordinẽ.

#### ¶ De defectu intentionis ministri.

¶ Ad solũ necessaria sunt ad p̄ficiendũ p̄dicta verba: s̄ etiã requiritur int̄tio: q̄ s̄m Augu. in sacramentis sine int̄tiõne nihil



intelligit vel agit. vñ scūs Tho dicit q̄ ad p̄fectionē sac̄ri req̄  
 rit̄ intentio ministri: que se subijciat p̄ncipali agētī. s. q̄ intēdit  
 facere q̄d r̄pus facit in ecclesia. ⁊ dicit q̄ nō est necessaria inten  
 tio actualis: sed sufficit habitualis vt cōficiat̄: puta si cū sacer  
 dos accedit ad altare ad celebrādū intēdit facere q̄d facit eccle  
 sia: si postea suspendat̄ eius intētio p̄ aliā occupationē: siue per  
 occurrentē cogitationē nihilomin⁹ perficit̄ sac̄m ex virtute in  
 tentōis p̄posite. Tñ studiosē curare debet minister sac̄ri: vt eti  
 am actualē adhibeat intentionē. Et dicit q̄ cū aliquis nō intē  
 dit sac̄m perficere s̄ delusorie aliquid agere: talis pueritas  
 tollit virtutē cōsecrādi ⁊ virtutē sac̄ri: p̄cipue qñ intentionē ex  
 terius manifestat. Si autē intētio ministri peruertat̄ quātū ad  
 id q̄d sequit̄ sac̄m: puta si sacerdos intēderet conficere corpus  
 xp̄i vt eo ad vētura vel ad exteriora vteret̄ vt prius nō a posteri  
 ori: talis intētiois pueritas veritatē sac̄ri nō tollit: sed mini  
 ster ex tali intētione grauit̄ peccat. Dicit enī Alb. q̄ si aliqua  
 pars hostie ex oblivione remaneat in altari: aut aliqua pars vi  
 ni ⁊ sacerdos cōficit solū illa sac̄ra: qz de eis nō intēdit. ¶ Du  
 randus autē posuit casum. Si sacerdos habeat corā se duodecim  
 hostias ⁊ intēdit cōsecrare decē: quero quot sint cōsecrate. Rñ.  
 Aut distinguēdo q̄ hoc pōt p̄mo duob⁹ modis intelligi. Uno  
 mō q̄ numerus sit solū in intētione ⁊ nō in opinione. Intentio  
 autē sit quicquid sit corā se cōsecrari. verbī grā. Si aliquis habe  
 at cōsecrare ⁊ corā se hēat duodecim hostias ⁊ opinat̄ esse decē  
 Ipse nō intēdit cōsecrare quicquid est corā se. patet q̄ ei⁹ opinio  
 fert̄ ad intentionē: ⁊ eius intētio nō fert̄ ad numerū: qz effect⁹  
 cōsecrationis sequit̄ intentionē ⁊ nō opinionē: ⁊ sic oēs sunt cō  
 secrate. Alio modo pōt intelligi p̄dictus casus qñ dicit̄: habet  
 corā se vndecim hostias ⁊ intendit cōsecrare decē: ⁊ nō opinio  
 sed intentio fertur ad numerū: ita. s. q̄ nō velit plus q̄ decē sed  
 tm̄ decem cōsecrare: tunc in tali casu p̄dictus doctor fm̄ inten  
 tionē suam dicit q̄ hoc duobus modis cōtingere pōt. Uno mō  
 q̄ sciet veritatē numeri. s. q̄ hostie sunt vndecim: ⁊ ex ipsis tan

tum decē cōsecrare intendit: aut decē hostias distinguit quas  
intēdit cōsecrare ab vndecim: qz iam intendit cōsecrare: patz q  
ille decē tm̄ sunt cōsecrate de quibus intēdit: 7 vndecima quas  
nō intendit nō est cōsecrata. Aut sacerdos sciat esse vndeciz et  
intēdit cōsecrare decē nō distinguēdo vel determinando quas  
decē intēdit: 7 qz vndecimā cōsecrare nō intendit: 7 sic nulla ē  
cōsecrata: si intēdēdo ex illis vndecim decē tm̄ cōsecrare aliquā  
determinationē ex ipsis nō facit. Et cū isto dicto satis recordat  
scūs Tho. in tertia pte. q. lxxij. vbi dicit q minister sacramēto-  
rū est sicut instrumētū pncipalis agentis. s. xp̄i ecclesie. Et cū ta-  
le instrumētū habeat cognitionē requirit q per intentionē se  
determinet ad opus pncipalis agentis pducendū. Idez sequit̄  
vbi nō determinat se. s. q nihil operat̄. Si vero sacerdos igno-  
ret veritatē numeri hostiaz 7 intēdit decē hostias tm̄ consecra-  
re: dicit Durādus q eodē mō distinguendū est: vtrū determi-  
net se: 7 quas decē intēdit: vel q nō determinet. Et respōdēdū  
est sicut in casu imēdiate pcedenti. Sed cū dubitat̄ de numero:  
Respondēt hoc posse cōtingere q decē hostias videat extēsas:  
7 vna ibi lateat. Ipse enī intendit oēs quas vidit 7 nullā aliam  
cōsecrare. Vel pōt esse q decē esse possunt 7 vna erat ibi quam  
nesciuit: 7 oēs alie sunt cōsecrate. Si aut̄ vnā plus ipse posuerit  
q̄ crediderit: vel alius vndecim posuerit 7 ipse mādauit poni  
decē 7 nō intēdit cōsecrare nisi decem tm̄: tunc nō est determina-  
ta eius intētio: 7 sicut supra dictū est nulla est consecrata.

#### ¶ De defectu vestimentoꝝ.

¶ Sciendū est q s̄m sc̄m Tho. 7 Alb. 7 oēs doctores theologos  
si obmittat̄ aliqđ de his que ad ritum celebrationis pertinent  
quilibet obmittēs aliqđ tale: puta tēpus debitū: altare: vestes:  
7 hmōi grauit̄ peccat. nihilomin⁹ cōsecrat si est ordinatus et  
assit eius intētio 7 debita materia 7 debita forma cū intētiōe  
7 ordo in cōficiendo: quicquid horū quatuor deficiat nō confici-  
tur sacramētū. Ex his vero quatuor quibuscūq; alijs deficiē-  
bus veritas adest sacramenti sc̄m Hosti. Sufficit q vnus sit p

sens in missa qui sacerdoti respondeat: quāuis de consecratio-  
ne dicat̄ q̄ duo requirunt̄. Mulier in missa ministrare nō pōt.  
Etiam sine lumine non debet aliquis celebrare. extra de celeb.  
mis. c. ex parte.

**¶ De defectibus dispositōis corporis.**

**¶** In cōcilio Toletano factū fuit p̄ceptū sacerdotibus q̄ nullus  
sacerdos post potū cibūq̄ quantūcūq̄ minimū sumptū missam  
celebrare p̄sumat. Et glo. ibidē dicit q̄ intelligit̄ de cibo vel po-  
tu post mediā noctem sumpto: qz in media nocte incipit dies  
s̄m ecclesiā. ⁊ nos videmus esse verū: qz tūc incipit̄ officiū diei.  
scz matutinū quasi p̄tineat ad clauē illius diei velut initiū. Di-  
cit etiā scūs Tho. post sumptionē aque vel alteri⁹ potus ī quā-  
tacūq̄ parua quātitate nō licet cōicare: dūmodo sumat̄ per mo-  
dū cibi vel potus remanētis in ore. Sed si casualiter transgluti-  
atur nō impedit cōmunionē: qz per modū cibi non accipit̄: sed  
per modum saluē que vitari nō potest. Si autem ante mediam  
noctem sit assumptus cibus vel potus: potest cōmunicare. Nec  
refert vtrū dormierit: vel vtrū cibus sit digestus quantū ad ra-  
tionē p̄cepti. Refert tñ quantū ad turbationēz mētis in hoc qd̄  
tollit̄ deuotio.

**¶ De immūdicia corporali.**

**¶** Dicit scūs Tho. q̄ cū iste cibus nō est corporis sed mētis: ideo  
in eius sumptiōe magis est cōsiderāda dispositio mētis q̄ cor-  
poris. Et ideo dicit q̄ si imūdicia corporalis sit perpetua siue diu-  
turna nō est abstinendū a cōione in mēte. Tñ laudabile foret  
abstinere pro modico tempore.

**¶ De defectu dispositōis anime.**

**¶** Interdictus: suspēsus: excōicatus etiā iniuste cōicare nō de-  
bet: qz in talib⁹ est defectus rei significate. s. defectus virtutis  
corporis mystici. Item quicūq̄ enī cū scia peccati mortalis ad cōi-  
onē accedit mortaliter peccat. vide ad canonē xi. Qui māducat  
⁊ bibit indigne iudiciū sibi ⁊c. Itēz nō sufficit ei qui cōicare in-  
tendit q̄ sit solū cōtritus: imo si habeat copiā sacerdotis tenet̄

cōfiteri. **¶** Nō si imineat necessitas cōicandī vel celebrandi: puta qz timeat scandalū ppli: vel inceptū est misterīū sacri: vel aliquis infirmus loquelā amittit: et est in pposito cōfiteđi minister nō peccat q̄ citius pōt cōicando vel alias ministrādo: si primo nō possit cōfiteri. hec Pe. et Al. Sanctus. **¶** Tho. dicit qz si aliquis cum p̄scia pcti mortalis accedat ad altare nō solū peccat mortaliter ppter cōionē: s; etiā qz exercet actus ordinis insufficiēter cū sola cōtritiōe et p̄fessione vt dictū est. In nullo aut casu pōt aliquis celebrare vel cōionē recipere sine p̄tritione qn mortaliter peccet.

#### **¶ De pollutione.**

**¶** Pollutio in somnijs impedit ordinē qn causata ē a cogitatione p̄cedēti que fuit pctm̄ mortale. Abstīnēdū ē ergo nisi necessitas requirat qz celebret siue cōicet. Si ho certū est qz in p̄cedenti cogitatiōe nō fuerit pctm̄ mortale. vel si nll̄a cogitatio p̄cesserit q̄ causa pollutiōis fuerit: cōicare pōt. nisi pollutio tm̄ turbaue- rit mentē ex cōmōtione corpis qz deuotionē hie nō possit: et cum hoc fuerit abstīnēdū est p. xliij. horas. hec s. Tho. **¶** Si sacerdos post p̄secratiōz inceptā recorder se comedisse vel bibisse: nihilominus debet sacm̄ p̄ficere et sumere. Et si recorder se pctm̄ cōmisisse debet penitere et dolere cū pposito cōfiteđo et satisfaciēdi: et sic nō indigne sed fructuose pōt sumere sacm̄. Et eadē ratio est si meminerit se alicui excōi subiacere. Debet enī sumere ppositū cōfiteđi et absolutionē petendi. et sic per inuisibilem pontificē Jesum xp̄m absolutionē cōsequit̄ quantū ad hūc actū per quē agit diuina ministeria. Si ho ante cōsecrationē alicuius p̄dictoz memor sit: tuti⁹ reputarē maxie in casu excōicatio- nis suspēnsionis et interdicti ac māducatōis qz missam inceptaz desereret: nisi timeret̄ graue scandalū. hec scūs Tho.

#### **¶ De defectibus missam celebranti bus interdum occurrentibus.**

**¶** Sacerdos qui celebrat missaz debet semp sumere sacm̄ intēgrū: vt dicit̄. s. in R̄ica de defectu panis et vini qz deat sumere panis de cōse. di. ij. relatū. Aut enī toties sumat quoties celebrat.

qz ipsum sacm̄ in sumptiōe cōplementū sue significatiōis acci-  
 eipit: Et intelligendū est nisi per violentiā impediāt: vel p̄ inā  
 firmitatē: vel p̄ mortē vel hm̄ōi. Et si p̄les missas aliqs celebrat  
 in vna die solū in vltia p̄cipiat p̄fusionē ⁊ nō in p̄cedēti: qz tunc  
 nō esset ieiunus. nec aliā missaz celebrare possz: ex de ce. mis. c.  
 ex pte. ex quo si sacerdos post p̄secratōz infirmē ⁊ n̄ habet alia  
 hostia: nihilomin⁹ debet ali⁹ sacerdos requiri: qui s. missaz p̄o  
 sequat̄ ab infirmo nō cōpletā: ⁊ hostiā debet diuidere ⁊ vnā p̄  
 tem ipse sumere: ⁊ aliā infirmo dare. hec scūs Tho. ¶ Quō aut̄  
 missa cōpleat̄ oñdit supradictū capm̄ supradicti cōciliij dicens  
 Nō enī aliud cōpetit ad supplemētū initiatis misterijs q̄ aut ī  
 cipiētis aut subsequētis fuit b̄ndictiōe cōpleta sacerdotis: ⁊ ad  
 hec obligat̄ sacerdos. Ulterius oñdit̄ in eodē caplo inferi⁹: vbi  
 dicit̄: Nullus absqz patētī p̄uentu molestie minister vel sacer-  
 dos cū ceperit imp̄fecta officia p̄sumat oīno relinquere. Si q̄s  
 aut̄ hoc temerarie p̄sumpserit: etcōis sn̄ie subiacebit.

¶ De perturbatōibus occurrētibus  
 missam celebrātibus.

**P**ost tractatū de defectib⁹ misse dicēdū est de pturbatōi-  
 bus interdū occurrētibus his q̄ missaz celebrant. Tur-  
 bat̄ aut̄ missa: aut p̄pter scandalū sacri: aut p̄pter scandalū sa-  
 cerdotis. Scandalū sacri est si cadat: aut vomitu p̄iciat̄. Scan-  
 dalū sacerdotis est si sumere nequeat: aut p̄pter p̄mixtionē ali-  
 cuius abhoīabilis vel periculi. Aut p̄pter apparitionē alicuius  
 speciei que nō debet cōmedi vel potari.

¶ Quā cadit corpus xp̄i.

¶ Si p̄pter frigus hostia labat̄ in calicē: p̄pter hoc nō ē necesse  
 aliquid reiterari: qz q̄ solū minima pars hostie mittat̄ in cali-  
 cē hoc respicit corp⁹ xp̄i mysticū: ideo p̄missio hui⁹ nō facit ī-  
 p̄fectionē sacri. scūs Tho. ex rei. Aurelateū. de conse. di. ij. dicit  
 Qui bene nō custodierit. qui sacrificiū pdiderit in ecclesia: aut  
 pars eius ceciderit ⁊ nō inuēta fuerit. xxx. dies peniteat.

¶ Quā cadit sanguis xp̄i.

**¶** Si per negligētiā aliquid de sanguīe xp̄i ceciderit. si quidem sup̄ terrā vel tabulā que terre adhaereat: lingua lambat̄ ⁊ tabula radat̄. Si nō fuerit tabula: loc⁹ ipse radat̄ ⁊ cōburat̄. Cinis ⁊ iux̄ altare recondat̄: ⁊ sacerdos xl. dieb⁹ peniteat. Si ⁊ sup̄ lapidē altaris ceciderit: sorbeat sacerdos stillā ⁊ trib⁹ diebus peniteat. Si sup̄ lintheū altaris ⁊ ad aliud puenerit: sorbeat stillā ⁊ quatuor dies peniteat sacerdos. Si vsq; ad tertiā peruenerit. iij. dies peniteat. Si vsq; ad quartā iij. Predictis autē diebus debz sacerdos ieiunare ⁊ a cōione cessare: p̄satis tñ cōditiōibus negocij ⁊ persone. Potest autē minui vel augeri penitētia p̄dicta. hec scūs Tho. Et idē intelligendū est in sc̄do casu: ⁊ abluantur tribus diebus lintheamina que stille tetigerūt calice supposito ⁊ aqua ablutionis iuxta altare recondat̄. de cōse. di. ij. si per negligētiā. Pōt tñ sumi nisi p̄pter horrozē dimittat̄. Ablutio ⁊ abscondat̄ ⁊ cōburat̄: ⁊ cinis in altari recondat̄. hec. f. Tho.

**¶ De vomitu sacramenti.**

**¶** Si quis eucharistiā euomerit. Si laic⁹ p̄ ebrietatē euomerit. xl. dieb⁹ peniteat. Clerici ⁊ monachi: p̄bri: dyaconi: ⁊ subdyaconi. lx. diebus peniteāt. Ep̄us autē. xc. Si ⁊ causa infirmitatis euomerit. vii. dieb⁹ peniteat. de cōse. di. ii. c. ii. si quis p̄ ebrietatē. Et debet vomitus cremari: ⁊ cinis iux̄ altare recōdi: vt supra dictū est. Hoc tñ obseruandū q̄ vbicūq; spēs integre inueniant̄ sunt reuerēter obseruāde ⁊ sumende: q; remanentib⁹ speciebus remanet ibi corpus xp̄i.

**¶ De musca vel Aranea vel veneno micto cum sanguine xp̄i.**

**¶** Si musca vel aranea in calicē ceciderit: vel venenū mictū fuerit. si sacerdos ante cōsecrationē hoc dep̄hēderit debet calix abluī: ⁊ aliud vinū cōsecrandū apponi. Si ⁊ aliqd̄ eoz post cōsecrationē euenerit: debet aīal caute capi ⁊ diligēter lauari ⁊ r̄buri: ⁊ ablutio simul cū cinerib⁹ in sacchariū mitti. Et q; si venenū ibidē esse dep̄hēdit nullo mō debet sumi nec alteri dari: ne calix vite vertat̄ in mortē: sed diligēter in vasculo suari debz. Et

ne facim remaneat imperfectū debet aliud vinū apponi: et sacerdos debet resumere cōsecrationē sanguis: et sacrificiū perficere hoc intellige si corp⁹ nō sumpserit: qz tūc aliter faciendū esset si cut supra dictū est in rubrica de defectu panis et vini. s. q. nouū panē apponat. Regula est autē q. nihil abhoiabile sumi debz occasione huius sacramēti. de cōse. di. ij. si per negligentiam. hec sanctus Tho.

**¶ De noua specie apparente.**

**¶** Qñ corpus xp̄i apparet in alia specie q̄ in vsu sacri. Usus. n. per manducatiōz fieri solet: qñ. s. apparet in specie pueri vel carnis cruētate: vel sili modo: nō habet rōem sumēdi: nec debet sumi ab eo cui sic apparet. Qd si oibus appareat debet cū reliquis poni. hec scūs Tho. et Alb.

**¶** Nota q. quatuor supranotiati fuerūt nobilissimi et solēnissimi theologie magistri sicut opa eoz demōstrant: et oēs fuerūt frēs predicatoris. Petrus s̄ allegatus fuit papa Innocētius quintus. Durādus fuit ep̄us Meldeñ. Et dicta istoꝝ inueniunt in scripturis eoz sup. iij. li. sniaz. Dicta vero Alberti supra allegati sunt in libro quē cōposuit de officio sacerdotis. Dicta autem sancti Thome sunt in tertia parte summe.

finis.